



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

16. Qualiter praescriptio currat, dormiat, interrumpatur, vel continuetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

defuncto possessionem acceperit, quia ea possessio non censetur civilis: ac proinde nec sufficiens praescriptioni, ut late, & eruditè probat Gregorius Lopez d. l. a. leg. 10. tit. 26 par. 4. Molina. de primogen. lib. 4. cap. 10. num. 6. Molina. Iesuita. disputat. 79. circa finem.

4 Notanter dixi non posse praescribi feudum, fideicommissum, & maioratum in praedictum eorum qui vocati sunt, nisi ipsi valeant agere. Nam aduersus eos qui agere possunt optime currere potest praescriptio. Ut eleganter probat Molina. lib. de primogen. cap. 10. n. 7. & colligitur manifestè ex leg. vlti. Cod. communia de legatis. à contrario sensu. ibi enim vlticatio ordinaria aduersus legatarium, & fidei commissarium excluditur, tancitè ergo approbatur vlticatio extraordinaria, tametsi Anton. Gomez. dicta leg. 40. numer. 90. in medio. contrarium opinetur.

5 Quae hucusquè dicta sunt solum procedunt de praescriptione longi temporis & longissimi, non verò de praescriptione memoriam hominum excedente: haec enim cum vim habeat rituli, & praesumptionem inducat omnia requisita adesse quae ad dictam alienationem fuerint necessaria, mirum non est quod valeat omnibus praediciare. Sicuti tradunt Anton. Gomez. dicta leg. 40. n. 90. in fine. Molina. d. cap. 10. in fine. Molina Iesuita. d. disp. 79. post med. & alii passim.

6 E contra sermo esse potest de praescriptione feudi, fideicommissi, maioratusve introducenda. Neque dubium est hec onera introducti posse, si quidem possunt institui. Tempus autem huic praescriptioni necessarium, est Molina. tract. 2. disp. 7. 5. vers. aduertit verò. existimetur vicennium, vel tricennium titulo sufficere verius est quadragenarium cum titulo, vel immemotiale absque titulo requisitum esse. Vt docuerunt pluribus relatis Mol. de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 51. Gutierrez. pract. qq. q. 62. n. 11. Lessius. lib. 2. cap. 6. dub. 1. 5. num. 48.

§. XVI.

Qualiter praescriptio cutrat, dormiat, interrumpatur, vel continuetur?

- 1 Currit praescriptio cum requisita praescriptioni adsum.
- 2 Interrumpitur cum impedimentum apponitur, ne vterius procedat.
- 3 Triennalis praescriptio nec citatione, nec litis contestatione interrumpitur.
- 4 Bene tamen litis contestatione, decennalis vel vicennalis cum titulo, vel tricennalis absque titulo.
- 5 Quia in odium creditorum non exigentium debitum conceditur sola citatione interrumpitur.
- 6 Interrupta praescriptio in possessione interrupta censetur in proprietate secundum ius naturale.
- 7 Secus est dicendum si de interruptione civili loquamur.
- 8 Latum est discrimen inter praescriptionem naturaliter interruptam, & inter interruptam civiliter, & quod sit.
- 9 Continuationem possessionis non impedit quod res possessa ex vno in alium transferatur, si uterque bona fide possideat.

Praescriptio currit, incipit, & procedit cum requisita praescriptioni adsum, nempe possessio, bona fides, & titulus si titulus requiratur. Dormit verò cum ob aliquod impedimentum superueniens suspenditur, & sopitur tandem postmodum reuiuiscat. Illud autem impedimentum quod fuerit efficax ne praescriptio progrediatur, à fortiori erit efficax ne primo incipiat, sed non è contra quia regulariter plura generationi rei quam illius conseruationi requiruntur. Vnde cum tempore pestis, belli & cum in eo loco non est qui ius dicat, dormiat praescriptio. cap. ex transmissa de praescriptionibus. ca. prima a. lione. 169. 3. Et aduersus Ecclesiam cum Praelato vacat: vel inutilem habet ad agendum. cap. 1. & cap. auis de praescriptionibus. inchoari praescriptio illis temporibus non potest. E contra verò aduersus bona aduentitia filii, dum est sub patria potestate praescriptio incipere non potest. leg. 1. Cod. de bonis maternis. Neque item aduersus vxorem in bonis dotalibus. leg. in rebus Cod. de iure dotalium. At si antea coepa fuerit optime poterit continuari, quia minus requiritur ut continueur praescriptio quam ut initium sumat.

2 Interrumpitur verò praescriptio cum impedimentum apponitur, ne vterius procedat, sed omnino cessat. Hoc autem impedimentum duplex est aliud naturale, aliud civile. Vnde duplicem praescriptionis interruptionem Doctores assignant aliam naturalem, & aliam civilem. Naturalis est qua aliquid ex requisitis ad praescribendum deficit, nimirum possessio, bona fides, vel titulus, quia sine illis praescriptio subsistere non potest. Vt tradunt Doctores in leg. naturaliter ff. de vlticatioib. & leg. 3. §. ex contrario ff. de acquirenda poss. ff. & in leg. 1. Cod. de feruis fugitiuis, & pluribus exornat Gregor. Lopez. leg. 1. 9. tit. 2. 9. par. 3. Et licet Felinus in cap. vlti. de praescriptionibus. col. penult. & alii relati à

Couarrua. 2. p. §. 12. n. 2. sentiant ob defectum tituli vel bonae fidei non interrupti praescriptionem, sed dormire, & sopita ut redeunte postmodum bona fide possit praescriptio continuari verius est omnino interrupti ita ut necessarium sit de nouo inchoari. Vt docuit Abbas. in dicto cap. fin. de praescriptionibus. Siquis verbo Praescriptio. §. 1. Gregor. Lopez. leg. 2. 9. tit. 2. 9. par. 3. Couarrua. plures referens dicto §. 12. n. 2. Mol. disp. 79. post. princ.

Cuius verò interruptio est quae per actum iuridicum interruptatur nimirum citationem, aut litis contestationem. Triennalis ergo praescriptio quia omnino fauorabilis est, eo quod sit iudiciali praescripse in fauorem possidentium nec citatione, nec litis contestatione interruptitur: sed durante lite periclitatur, quod si possessor damnatus fuerit tenetur rem restituere in cuius fauorem temeraria fertur. Vt probat lex 2. §. vlti. ff. de vlticatioib. pro empt. leg. Iulianus. §. quantum ff. ad exhibendum leg. post acceptum. ff. de rei vindic. at. & Tradit Panormit. cap. illud. n. 11. de praescriptio. Conarr. affirmans esse omnium §. 12. n. 4. concl. 1. Molina. disp. 79. circa med. Lessius. l. 2. cap. 6. dub. 1. 6. n. 49.

Praescriptio verò quae decennio, aut vicennio cum titulo, vel tricennio absque titulo, aut longiori tempore perficitur, citatione non interruptitur, bene tamen litis contestatione, apud iudicem competentem, dum modo & citor vincat: nam si ipse incumbat praescriptio interrupta non censetur, vt pote quae interrupta fuerit sub hac conditione quod ad hoc ueniat. Sic ex communi sententia tradunt Panormit. Couarrua. Mol. Lessius. l. vlti. tit. 2. Oportet autem ut litis contestatio animo prosequendi suam instituta sit; nam si ex coniecturis appareat animo tantum interruptendi praescriptionem appositam fuisse, quod contestari si nullo interueniente impedimento his deseratur, praescribentium non nocet. Vt colligitur. ex leg. vlti. Cod. de praescriptio. 30. vel 40. annorum. Secus vero si ob aliquam causam à prosecutione litis cessauerit vel aliunde non constiterit maliciose litis contestationem appositam fuisse. Sic Glossa. in cap. pincus §. post. vers. interrupta. 1. 6. q. 3. Abbas. cap. illud. & ibi Felinus. n. 10. de praescriptionibus. Molina. d. disp. 78. post med.

Haec autem praescriptio, quae in odium creditorum non exigentium debitum conceditur, solà citatione interruptitur, vt pote quae debitum virtualiter exigatur, Vt habetur. leg. si in iudicio Glossa. ibi leg. cum non iis in princ. & §. mo. Cod. de praescriptio. 30. annor. Et tradit ex communi Couarrua. dicto §. 12. concl. 4. Quinimò vt rectè inquit Gregor. Lopez. d. leg. 1. tit. 2. 9. par. 3. verbo renouasse. Mol. dicta d. disp. 78. sola traditione pignoris, vel noua cautione à debitoribus exhibita; praescriptio interrupta est; quia est noua debiti confessio, & obligatio, & constat ex dicto §. mo. In regno Castellae. leg. 2. 9. tit. 2. 9. par. 3. Satis infamata solà citatione praescriptionem interrupti, cum tantum exigat rem in iudicio demandari, ibi sola demandasse in loquo. Sicuti notat ibi Gregor. Lopez.

Quod si possessor citatio fieri nequeat ob eius timorem, absentiam, infantiam, futorem, aliamve causam, ad interruptendam possessionem civilem s. adire iudicem potes, & libellum apud ipsum porrigere, quò de usurpata possessione conqueatur. Quod si id praestare nequeas, adibus Episcopum loci, eoque rem manifestabis, si minus eo in loco quo possessor domicilium habet querimoniam publicè propones tabulatione si adhibeas, vel testibus. Vt habetur leg. vlti. post. Cod. de annali exceptione. & colligitur. ex leg. cum antea. §. ferrius Cod. de iuris. & notat Gregor. Lopez. d. leg. 2. 9. in fine. ibi esse n. mo. §. ita si el. §. d. del. de iud. se lo demandasse de lance de amicus & de amidores Molina. d. disp. 78. post med. Illud certum quod aduersus Felinum cap. cum non licet de praescriptionibus. notat Couarrua. §. 12. n. 5. Molin. loco citato, nimirum excommunicatione lata in bulla cenae Domini aduersus occupantes bona ad Romanam Ecclesiam spectantia non interruptere praescriptionem, quia excommunicatione non deicit possessores à bona fide, sed quos reperit mala fide possidere excommunicatione subiciat.

Est tamen graue dubium, An interrupta praescriptioe quoad reipossessionem, interrupta cenatur quoad proprietatem, & contra interrupta quoad proprietatem, cenatur interrupta quoad possessionem? Qua in re certum est, si de interruptione naturali loquamur, interrupta praescriptioe in possessione, interrupta censeri debet in proprietate, eo quod sine possessione civilis nulla constare potest praescriptio. Eadem videtur dicendum, si naturaliter interruptatur praescriptio in proprietate. Nam praescriptio proprietatis non potest naturaliter interrupti, nisi ob defectum tituli, vel bonae fidei. At haec bonae fidei defectu possessio inutilis est ad praescriptionem repetendam cum mala fide. Atque ita tenet Couarrua. d. reg. possessor. 2. §. 12. in fine. Et credo in hoc sensu intelligendam esse legem regiam 6. 5. Tauri quae hodie est. tit. 1. §. lib. 4. non est illi, quae dicitur. La interrupcion en la possession interrumpe la prescripcion en la propiedad, y la interrupcion en la propiedad interrumpe la prescripcion en la possession.

Verum si de interruptione civili loquamur aliter Philo-phandum existimo: non enim ex interrupta praescriptione quoad possit

possessionem intelligi debet interrupta quoad proprietatem, vel contra. Causa enim possessionis, & proprietatis omnino distincta sunt, ac proinde interrupta praescriptione in causa possessionis permanere potest in proprietate, & e contra. Argum. leg. naturalis §. ubi commune ff. de acquirenda possess. Et licet sine possessione non deure proprietatis praescriptio, bene tamen dari potest sine praescriptione possessionis, quia interruptio praescriptionis in possessione non tollit possessionem non solum naturalem, vt de se constat, sed nec civilem. Vt probat Ant. Gomez. dicta leg. §. i. n. 3. & 4.

8 Quoad continuationem vero praescriptionis, interrupta latum est discrimen inter praescriptionem naturaliter interruptam, vel interruptam civiliter. Nam ea praescriptio quae naturaliter tantum interrupta, & cessante impedimento incipere de nouo potest & perfici, ac si interruptio non obtigisset. Vt docet Gregor. Lopez. dicta leg. verbo, per der. la tenencia de ella per. Textum. ibi Couarruu ad reg. possessor. 2. p. §. 12. n. 7. Mol. dicta disp. 78. circa finem. At si praescriptio civiliter interrupta sit exigis quadagenarium puncto interruptionis vt possit perfici non solum in actionibus personalibus, sed realibus, tamen si alias haec actiones breuissimo temporis spatio praescribende essent. Vti colligitur, ex leg. vlt. Cod. de praescript. 30. annor. & tradit Couarruu. dictio §. 12. n. 5. Molina. disp. 78. circa finem.

9 Hanc autem continuationem possessionis non impedit quod res possessa, ex vno in alium transferatur, si vtique bona fide possideat, quimodo possessor secundus vt potest possessione sui praedecessoris ac si ipsemet possideret, Quod vocant Iurista vt accessione temporis iuxta leg. Pomponius §. cum quis ff. de usucapionib. leg. dotia. §. eura qui ff. de contrahend. emptione. Interim tamen dum praescriptio perficitur, solet mutatio contingere ex parte personae aduersus quam praescribitur, vel quia abest a loco, vel quia transferat suum in Ecclesiam. Quo casu tempus praescriptionis computandum est secundum proportionem vt si tempore praesentiae quinquennium praescriptionis completum indiget ob absentiam ad complendum praescriptionem decennio. Authenti. quod si quis Cod. de praescript. longi temporis. Et idem proportione seruata dicendum est, si res in Ecclesiam translata sit. Sicuti bene notauit Panormit. cap. de quarta. numer. 20. de praescriptionib.

§. XVII.

Quibus concedatur in integrum restitutio aduersus praescriptionem peractam?

- 1 Minoribus conceditur restitutio, & quadriennio durat post actam 25. annorum.
- 2 Maioribus idem beneficium restitutionis per quadriennium conceditur aliquibus conditionibus.
- 3 Aduersus praescriptionem reuocari non potest est opinio concedens in maioribus restitutionem.
- 4 Communis sententia confirmat ex causa probabilis ignorantiae maioribus restitutionem concedi.
- 5 Verior apparet negatiua sententia.
- 6 Si praescriptio peracta rem Domino ex ignorantia restituitur eam vindicare potes, tamen si aliqui contrarium sentiant.

Concedi restitutionem aduersus peractam praescriptionem certam longissimi temporis minoribus, 25. annis tamen potuerunt agere, & praescriptionem impedire in comperto est apud omnes. Ius namque ob debilem eorum aetatem praesumit saepe negligentes futuros in suarum rerum administratione, ideoque hoc beneficium restitutionis suare intendit. Quod beneficium quadriennio durat computando a die praescriptionis peractae, & a minoribus cognita, aliis non celebrantur potuisse beneficio restitutionis vt, eorum tempus illud restitutionis habile esse debet. Sicuti colligitur, ex cap. 1. de restitutionib. in integrum in 6. verbo negligenter omiserit, ex leg. vlt. Cod. de temporibus in integ. restitut. leg. vnicā Cod. si aduersus usucapionem Eodem beneficio gaudent Ecclesiae, Hospitalia aliaque loca pia quia sunt in partibus minoris, & pupilli, vt tradunt communiter Doctores in cap. 1. de restitut. in integ. lib. 6. Panormit. cap. 1. cap. auditus de praescriptionib. Couarruu. ad reg. possessor. 3. p. §. vlt. n. 4. Molina. disp. 80. Lessius. lib. 2. cap. 6. dub. 18. Quod locum habet etiam aduersus alteram Ecclesiam, vt probat manifeste cap. auditus de in integrum restitut. & notauit Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 1. cap. 8. circa finem.

2 Maioribus item idem beneficium restitutionis conceditur aduersus praescriptionem 10. vel 20. annorum, si legitime constituerit non potuisse praescriptionem litis contestatione interrompere, vel propter captiuitatem, propter absentiam causā Reipublicae, studiorum, peregrinationis, vel ob aliam similem quae iusta iudici videatur. Vt habetur. leg. 1. ff. ex quibus causis maior. Nam si ipsi praescriptionem impedire potuerunt digni non sunt vt hoc beneficium eis concedatur. Vti colligitur, ex leg. ab hostibus §. sed quod simpliciter & ex leg. sequenti ff. ex quibus causis maioribus.

ro. & notauit Couarruu. dicta 3. p. ad reg. possessor. §. 3. n. 4. Molina. disp. 8. Lessius. dub. 18. tamen contra videatur sentire Gregorius, Lopez. leg. 28. tit. 29. m. 3. verbo. comensate per Textum. ibi.

Aduersus praescriptionem 30. vel 40. annorum variant Doctores, an sit maioribus concedenda praedicta restitutio, quorum opiniones refert Couarruu. d. §. 3. n. 1. Et quamuis ipse negatiuam partem vt probabilior defendat, nihil tamen affirmatiua verior apparet eo quod in leg. 1. §. vlt. ff. ex quibus causis maiores. & leg. 1. §. si quis autem ff. de in re. usucapioe priuato, vbi Bart. restitutio maioribus conceditur ex causa iusta & probabili aduersus praescriptionem absolutam, neque imitatur ad praescriptionem 10. vel 20. annorum. Neque obest huic restitutioni leg. omnes. Cod. de praescript. 30. vel 40. annorum. & leg. vlt. Cod. de fundis patrimonialib. lib. 11. vbi expressim probatur praescriptionem 30. vel 40. annorum plenissimam inducere securitatem Non autem plenissima securitas praescribenti inducenda esset, si beneficio restitutionis ab eo res extrahi posset. Vt Glossa inquit in leg. ut praescrip. §. permittitur. verbo impunitum. ff. de Minoribus. & accedit Glossa clem. 1. verbo iustitiam de in integrum restitut. Non inquam obstat, quia alias probaret neque aduersus minores, & Ecclesiam posse dari restitutionem in praescriptione longissimi temporis. Quocirca cum Textus inquit ex praescriptione longissimi temporis plenam securitatem haberi, id intelligendum est per se, & ex vi praescriptionis, cui non obest ex praeterea aequitate restitutionem concedi.

Gravius autem dubium est, An ex causa probabilis ignorantiae maioribus concedenda sit in integrum aduersus praescriptionem restitutio? Affirmat communis sententia, Panormit. & Felin. cap. vigilanti de praescript. Iason. Bart. Alexand. & alij quos refert, & sequitur Couarruu. §. illo 3. num. 1. Pinel. in authent. nisi triennale. num. 58. Cod. de bonis maternis. Boerius dec. 39. Francisc. Sarmiento. scilicet. interpret. lib. 1. cap. 10. & alij passim. Ducuntur praecipue ex leg. 1. ff. ex quibus causis maioribus in integrum restituantur. vbi postquam Iureconsultus retulit aliquot causas, ob quas ex praeterea aequitate maioribus concedenda esset restitutio, subiungit si qua alia mihi iusta causa esse videbitur in integrum restituum. Ex quibus verbis praedicti Doctores colligunt quamlibet causam Iudicis arbitrio probabiliter sufficientem esse vt maioribus restitutio concedatur. Limitant tamen plures ex his Doctoribus, vt videre est apud Couarruu. loco citato, ne procedat in praescriptione longissimi temporis. Item vt praedictum quadriennium quod ad petendam restitutionem conceditur, computetur a puncto peractae praescriptionis tamen si ignorat, ne in infinitum tempus restitutionis protrahatur, & praescribentes suspensi sint & incerti.

Ceterum est haec sententia vsu foensu recepta legibus tamen & rationi conformior est, quae maioribus ex hoc capite ignorantiae negat restitutionem. Vt rectius inter alios probat Andreas Fachinus. lib. 1. controuer. cap. 69. Mouet ea praecipue ratione. Restitutio aduersus peractam praescriptionem concedi non debet, nisi quatenus ex iure ipso sufficienter colligatur ob causam ignorantiae non colligitur ex iure maioribus, imo nec minoribus, aut Ecclesiae restitutionem concedi, quin potius contrarium non leuiter inferatur. Quod sic probat ex clausula illa generali. si qua alia iusta causa mihi esse videbitur in integrum restituum. Nequaquam colligitur ignorantiam comprehendendi posse, sed causam aliam extrinsecam similem illis quas reuulerat, quod mihi persuadet. Tum quia pronomen alia regulariter implicat praecedentis qualitatem, argum. leg. si fugitiui. Cod. de seruus fugitiui, & ibi Glossa. & laeis indicatur in leg. 1. §. si quis propter ff. de iurine, actusque priuato. vbi inquit Consul. Si quis propter inundationem usus non sit iurine, actusque hoc ann. cum superiore usus sit, potest repetita die hoc interdicitur vt per in integrum restitutionem, ex illa parte ad illi si qua mihi iusta causa videbitur. Ecce qualiter illa clausula generalis non ad ignorantiam, sed ad inundationem contingentem refert. Tum quia ignorantia aequae ac scientia nocet praescriptio, vt constat ex cap. vigilanti de praescriptionib. & leg. finali Cod. de praescript. longi temporis. Et subditur ibi ratio, ne si admittetur scientia, & excluderetur ignorantia, alera dubitationis inextricabilis oriretur occasio. cum difficillimum probatu sit ignorantiam inuincibilem inuenisse. Tum quia ignorantibus ne obli praescriptio concessum est absentibus longius tempus quam praescribitur, vt aduersus illos praescribatur ne conueni possint de praescriptione facta. Tum quia si ob causam ignorantiae restitutio conceditur vix locus esse potest praescriptioni, cum ratio homines scienter permittant sua bona, & iura ab aliis occupari, si id impediri possunt.

Supereft quaestio. An praescriptione peracta si Domino repenti rem restituit, putans ad id obligatum esse, vel ipse aliunde habeat, possit eam ab illo vindicare tanquam indebitè datam? Et quidem si praescriptio trienniali, vel decenniali, aut vicenniali cum titulo rem possiderit, communis sententia fatetur re vindicare posse, quia ita probat lex si quis emptiois in princ. Cod. de praescript. 30. vel 40. annor. & notat ibi Glossa & Salicet. Balbus.